a. R. P. d. Tf. Imperator Fredericus

p.

cum castro edificari fecit; in curia imperatoris Friderici de principalioribus consiliariis fuit. Nam una dierum cum imperator Fredericus cum Allexandro papa fuisset concordatus Veneciis ante ecclesiam beati Marci, imperator in presencia multorum archiepiscoporum, principum et aliorum infinita multitudine ad osculum pacis papam recipi debuisset[a] et hic dies reconsiliacionis solempniter celebrarentur, videntibus a clero et populo. Huius autem concordie reformande pacis cooperator fuit Wichmannus archiepiscopus Magdeburgensis, filius sororis Conradi, patris Theoderici marchionis. Et ipse Theodericus, qui industria sua animositatem imperatoris ad tantam mansuetudinem deduxerat, ut in condempnacionem[a] erroris sui coram summi pontificis pedibus prosterneretur. Fertur autem, quod cum sublevandi eum papa moram faceret, Theodericus Orientalis marchio, qui aderat cum imperatore, quasi cum indignacione et querela et redargucione exclamaverat, cur imperialem dignitatem tante iniurie subiecisset. Papa vero ydeoma Theutunicum non intelligens inquisivit, quid diceret Almannus. Quod cum didicisset, festinus accedens imperatorem sublevavit, ad osculum suum erexit. Facta sunt hec anno MCLXXVII in vigilia beati Jacobi apostoli. Genuit preterea Theodericus filium Conradum nomine et filiam nomine Gerdrudem, quam Gerbstede monacham fecit. Preterea filius Conradus anno Domini MCLXXVI ad torneamentum ad Austriam equitavit, ubi ictu lancee perfossus interiit XV kal. Decembris. Tantum ergo[c] idem ludus pestifer in partibus nostris tunc inoleverat, ut infra unum annum sedecim milites referuntur periisse. Propterea[d] Wichmannus archiepiscopus omnes eius

a) debuiss̄ corr. man. recenti debuisset.

a) ~~deprecacionem~~

ffertur

redargucōe

+ fCCLX c

facta

a. R. P. d. Tf. Conradus moritur in torneamento in Austria.

c) ergo man. rec. in marg. autem

d) deest c; add. manu recenti in marg. (inoleverat)